

**23. El Papa León X á Próspero Colonna <sup>1</sup>**

Magliana junto á Roma, 12 Marzo 1517.

Dilecte etc. Intelligentes sollicitari te a quibusdam ut milites hominesque tuos eis commodas ad praesentem Senarum statum illiusque civitatis, quae sub nostra et huius S. Sedis protectione est, quietem perturbandam, licet id difficillime adduci possumus ut credamus, existimavimus tamen pro tua in nos eandemque sedem reverentia et officio, cum domicellus Romanus sis, nostraque in te paterna charitate atque affectu te illis nihil eiusmodi concessurum; volumus autem his et nostris litteris te hortari, ut milites hominesque tuos omnino contineas neque permittas ut cum molientibus res novas contraque nostram et huius sedis dignitatem se commisceant; id erit nobis summopere gratum atque in eo multum a nobis et eadem sede promereberis.

Dat. in villa nostra Malliana sub annulo pisc. die XII martii 1527 a<sup>o</sup> 4.  
Bembus.

Orig. *Archivo Colonna de Roma*, Breves n. 61.

**24. Alejandro Gabbioneta á Tolomeo Spagnolo, secretario del Marqués de Mantua <sup>2</sup>**

Roma, 1 Abril 1517.

Hoggi N. S. ha fatto uno longo consistorio, nel quale ha fatto dui card<sup>li</sup>, uno ad instantia del re cath<sup>co</sup>, nepote de mons<sup>r</sup> de Chievres, et questo è publicato, e laltro è larcivescovo Bituricensis ad instantia della matre del re ch<sup>mo</sup>, et questo non è publicato, ma N. S. habuit vota patrum; de altri nulla fuit facta mentio. In eodem consistorio mons<sup>r</sup> r<sup>mo</sup> de Sta Maria in Portico est publicatus legatus exercitus ecclesiastici. N. S. in questo proposito parlò qualiter el duca Lorenzo era sta ferito et benche el sperasse chel fosse per guarire...

Rome p<sup>ma</sup> ap<sup>is</sup> 1517

S. Archidiaconus.

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua*.

**25. Consistorio del 20 de Abril de 1517 <sup>3</sup>**

Smus D. N. fecit verbum de rebus Turcharum et de periculo quod toti reipublicae Christianae imminet, nisi totis viribus occurratur, et Sua Stas deputavit r<sup>mos</sup> d. videlicet Raphaellem Hostiensem sancti Georgii, Franciscum Surrentinum episcopos, Nicolaum tituli sancte Prisce de Flisco, Adrianum tituli sancti Grisogoni presbiteros, Alexandrum de

(1) Cf. vol. VII, p. 171.

(2) Cf. vol. VII, p. 169 y arriba p. 360.

(3) Cf. vol. VII, p. 209.

Farnesio sancti Eustachii, Marcum s. Mariae in via lata, Cornelium diaconos cardinales, qui cogitarent, quibus potissimum dandum esset munus legationis ad principes et reges Christianos et quid interim per Stem Suam agendum censerent et postmodum in consistorio referrent.

\*Acta consist. vicecanc. en el *Archivo consistorial del Vaticano*.

**26. Consistorio de 19 de Mayo de 1517 <sup>1</sup>**

Romae die martis 19 m. maii 1517 fuit congregatio in palatio apost. et expedita fuerunt infrascripta. S. D. N. dixit, cum diebus superioribus habuisset quasi certa et manifesta inditia ex confessione facta per quemdam Marchum Antonium Ninum Senensem rev<sup>mi</sup> card<sup>lis</sup> de Petrutiiis domus magistrum, qui a praefato cardinali in mandatis habuerat, ut magistro Johanne Baptista de Vercellis chirurgo ministro et auctore fistulam Suae St<sup>is</sup>, quae [sic] in sede patitur, veneno inficeret idque nephandum consilium rev. d. card. de Saulis et aliis nonnullis complicibus pluries communicaverat, propterea visum fuit Suae St<sup>is</sup>, ut veritati locus esset et ne talia in oculis Suae St<sup>is</sup> perpetrata impunita et in exemplum aliorum transirent, ipsos dom. cardinales de Petrutiiis et de Saulis in castello S. Angeli deponi et detineri, quousque obiecta contra eos habita purgarent; et ut rev. domini intelligerent Stem Suam hac in re, ut aequum est, mature procedere velle, deputavit rev. dom. Surrentinum episcopum, Anconitanum presbyterum et Alex. de Farnesio diaconum cardinales commissarios qui processus factos et fiendos in huiusmodi causa viderent et examinarent, ut Suae St<sup>is</sup> consulere possent.

**27. Ercole de Corte al Marqués de Mantua <sup>2</sup>**

Roma, 27 Mayo 1518.

Per dar aviso a V. Ill. S. de alcune cose che hoccere qui in corte di Roma penso quela averà a piacere de intender: a li di pasati fù concistorio, nel concistorio fù dito de voler privare el card<sup>le</sup> Adriano del capel non venendo a obedientia a la St<sup>a</sup> del papa, ma fù concluso li fusse mandato uno breve che venese prometendoli S. St<sup>a</sup> de non li far dispiacere. Mons<sup>r</sup> card<sup>le</sup> Horsino per esser lui amico del card<sup>le</sup> Adriano tolse questa fonte de farlo venire impetrando da la St<sup>a</sup> del papa de scriverli ce venese e che lo asecurava in uno de li soi casteli, qual lui volea; la matina sequente il card<sup>le</sup> Horsino spaciò una stafeta, qual hè uno che si domanda el Spagna suo sotscalco, con lo dito breve et sua litera acio venese; el dito Spagna è tornato et dice che el card<sup>le</sup> Adriano avea de liberato venir a Roma; da poi la deliberacion sua de venir fù meso una acitatione per sussi li muri de Venetia de questo tenor, sel cardinal

(1) Cf. vol. VII, p. 173.

(2) Cf. vol. VII, p. 189.

Adriano non venia a obedientia da la S<sup>ta</sup> del papa seria privato del capel; como questo sentite se mutò della deliberation fata de venir, al contrario dicendo che molto di questo si maravigliava, che se dovea venir volea lo breve del N. S. più cauto et più promissio ne la Santità del N. S. se excusato che avea mandato quela acitatione acio venese più presto; et di novo dito Spagna torna a Venetia con uno altro breve sottoscritto de man de la S<sup>ta</sup> del papa che lui venga supra la sua fede; la che non li farà despiacere capitulando che non posa quando serà venuto in Roma partirse sencia licentia de Sua S<sup>ta</sup>; ancora ge scrive el card<sup>le</sup> de Medici che debia venir sopra la sua fede; la S<sup>ta</sup> del N. S. ancora li fa scrivere a tutti li ambasatori che sono qui in Roma del re de Romani et del re di Portogalo et del re di Frantia et della S. de Venetia et del re de Spagna che pur venga che non li serà fato despiacer avendo S. S<sup>ta</sup> promiso a tuti li diti ambasatori la fede. Hozi se parte e sopradito Spagna pur a stafeta; se dice non venendo serà privato de certo; io ho cercato de intender a che efeto se fa tanta instantia che questo card<sup>le</sup> venga; io ho inteso per esser lui homo teribile, como hè, lo papa dubita, stando in Venetia non tramase qualche cosa in dano suo et non andase in le tere de Colonesi dal card<sup>le</sup> Voltera grandisimo inimico del papa e faceseno qualche novo tratato; in el animo mio penso lo potria far ancora ad altro efeto che non lo sapese se non la fantasia del papa, dio ge la mandi bona. Quanto io scrivo a V. Ill. S. quela creda che tal cosa no se sa per tuto, anci se governa secretamente, ma io me son informato de quanto scrivo dal secretario de mons<sup>r</sup> cardinal Horsino chel tuto pasa per le man sue qual hemi amicisimo e questo ho fato per esser io desideroso como bon servitore de far intendere a la Ill<sup>a</sup> S. V... Roma die 27 maii 1518.

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua.*

#### 28. Consistorio del 29 Mayo de 1517 <sup>1</sup>

Romae die veneris 29 m. maii 1517... Insuper Sua S<sup>tas</sup> exposuit quod heri vocaverat rev. dom. Franciscum episc. Albanen. Surrentinum nuncupatum, Petrum de Acoltis presbiterum cardinalem Anconitanum et Alex. Farnesium s. Eustachii diaconum cardinales commissarios deputatos in causa cardinalium detentorum, quibus processus factos super confessione facta per dom<sup>nos</sup> Alphonsum de Petruitiis, Bindinellum de Saulis diaconos cardinales et Marchum Antoninum [sic] Ninum p<sup>ti</sup> dom. card<sup>lis</sup> de Petruitiis domus magistrum communicaverat eis que legendos tradiderat, ut dominationis suae dictis processibus lectis et bene examinatis S<sup>ti</sup> Suae consulerent quid in tanta re agendum esset de cardinalibus complicitibus in processu nominatis, qui rev. dom. commissarii consilium dederunt, prout de iure fieri posse affirmabant, ut cardinales complices capi et detineri possent quousque obiecta purgarent, et ob id,

(1) Cf. vol. VII, p. 175.

cum rev. dom. card. S. Georgii nominaretur inter complices nonnullaque inditia contra eum essent, visum fuit Suae S<sup>ti</sup> de consilio tamen rev. dom. commissariorum eundem dominum in palatio detineri quousque inditia purgaret, et Sua S<sup>tas</sup> mihi vicecancellario mandaverat ut in societate p<sup>ti</sup> rev. card<sup>lis</sup> S. Georgii manerem quousque eadem S<sup>tas</sup> Sua aliud de eo deliberaret, idque a me summa obedientia factum est, ob idque consistorio interesse non potui.

\* Acta consist. vicecanc. en el *Archivo consistorial del Vaticano.*

#### 29. Consistorio de 5 Junio de 1517 <sup>1</sup>

Romae die veneris quinta m. junii 1517. S. D. N. dixit se hesternae die rev. dom. cardinalem S. Georgii in arcem S. Angeli misisse quia recusabat confiteri quae perpetrata fuerant contra personam Suae S<sup>tis</sup> una cum aliis duobus cardinalibus detentis qui errorem suum confitebantur et ipsum dom. S. Georgii conscium et participem nonnullorum affirmabant, propterea ad indagandam veritatem eo ipsum miserat. Fecit etiam verbum de creandis novis cardinalibus et dixit quod cum essent quattuor tempora, in quibus de creatione novorum cardinalium agi solitum est et ut servaretur laudabilis consuetudo ad imitationem sanctorum patrum, visum fuit Suae S<sup>ti</sup> cum nonnullos cardinales de proximo creare intenderet rev<sup>mos</sup> dominos hac de re certiores facere, ut cogitare possent qui potissimum ad hanc dignitatem eligendi essent et qui alias nominarentur promovendi.

\* Acta consist. vicecanc. en el *Archivo consistorial del Vaticano.*

#### 30. Consistorio de 8 Junio de 1517 <sup>2</sup>

Romae die lunae 8 m. junii 1517. S. D. N. convocatis de more patribus apud eos huiusmodi verba habuit: Ex inditiis et confessionibus cardinalium detentorum manifeste constare duos alios cardinales ibi praesentes una cum aliis complices et conscios conspiracy fuisse seque non sine magna animi molestia quotidie conqueri et ea dicere molestum est quae sibi et aliis fastidium et dolorem pariant, nescire tamen se ulterius a quo potissimum caveri debeat...

\* Acta consist. vicecanc. en el *Archivo consistorial del Vaticano.*

#### 31. Paris de Grassis sobre el consistorio de 8 de Junio de 1517 <sup>3</sup>

Die lunae VIII junii Papa in consistorio sedens iussit mihi, ut omnibus oratoribus, qui illuc venerant, inhiberem ne inde discederent, sed expectarent extra consistorium donec eos vocari iuberet intra consistorium, et mihi etiam iussit ut expectarem: itaque cum diu multumque morati fuisset Papa me intro vocari iussit. Ego fui prima facie dubi-

(1) Cf. vol. VII, p. 176.

(2) Cf. vol. VII, p. 176.

(3) Cf. vol. VII, p. 177.

tans ne Papa vellet ex castello per me vocari facere cardinales ibi carceratos, ut processui interessent simul cum oratoribus, quem legi facere vellet, et cum introgressus fuisset vidi omnes cardinales male contentos et sufflantes ac inter se ipsos sollicitos et valde moestos illicoque dubitavi Papam voluisse carceratos tres privare et degradare, et Papa conversus ad cardinales dixit eis, antequam aliud faciamus vultis confiteri qui estis in peccato vel ne, alioquin nos coacti ponemus vos in castello ubi alii sunt. Ego autem hoc audito converti faciem ad fratrem meum cardinalem de Grassis, de quo etiam dubitavi, non quia timerem eum conscium facinoris, sed ne ob invidiam aliquid sibi impingi fecissent maligni susurrone, et ipse in me tacite inspiciens indicavit se non esse de inquisitis, et Papa mihi iussit ut exirem per modicum tempus; itaque cum etiam diutius mansissent, tandem omnes exierunt quamvis mesti et solliciti et pene desperati, et cum nihil posset a quoquam ex eis intelligi de actis ibidem praesertim quia, ut dictum postea fuit, Papa terribile mandatum eis fecit, ne aliquid de ibi factis aut dictis revelarent, sed ut fieri semper solet omnia inde ad breve tempus patefacta sunt <sup>1</sup>.

Paris de Grassis, \*Diarium en la Biblioteca Rossiana de Viena y en el Archivo secreto pontificio (XII, 23).

### 32. Beltrando Costabili <sup>2</sup> á Alfonso, duque de Ferrara <sup>3</sup>

Roma, 10 Junio 1517.

Postscriptum <sup>4</sup> Lo è comune opinione che de li duy cardinali lo uno sia il cardinale Adriano et laltro sia il cardinale Frenese on il cardinale de Grassis et se ha chel cardinale s. Georgio ha confessato plenamente et similmente li altri per quanto se expecta ad cadauno de loro. Il cardinale de Siena è stato tirato alla corda, cardinale Saulo et s. Georgio è stato denegato el mangiare, bere et dormire per tormento. De s. Georgio il papa have habuto sino qui XII<sup>m</sup> ducati quali se trovava in capsula et li pegni de Sua Santità il teneva per VII<sup>m</sup> ducati li havea imprestati questi di passati et ha voluto inventario de ogni cosa se li trova, et credese per alcuni chel cardinale Cornaro habii accusato.

Orig. Archivo público de Módena.

### 33. Beltrando Costabili á Alfonso, duque de Ferrara <sup>5</sup>

Roma, 24 de Junio 1517.

Lo era qualche opinione chel Cornaro fusse stato partecipe de questa conspiratione contro la persona di Nostro Signore et chel predicto la

(1) Lo siguiente en Armellini, 48 s.

(2) Episcopus Adriensis.

(3) Cf. vol. VII, p. 177.

(4) Cifrado.

(5) Cf. vol. VII, p. 171 y 190.

havesse propalata; ma hora chel processo se è publicatto, se è veduto che tale opinione è falsa. Et la cosa è venuta in luce per certe littere de Marcho Antonio <sup>1</sup> responsive a quelle del quondam cardinale de Siena, le quale littere sono venute in mano di Nostro Signore et non se scia per che via. Pare che essendo el dicto quondam cardinale a Genazano, scrivesse qui a Marcho Antonio dicessi al Vercelli cioè mastro Baptista andasse a lui a Genazano et che dicto Marcho Antonio li parlò et respose per una sua megia in cifara <sup>2</sup>, como el Vercelli perseverava in voluntade de volerlo servire et chel se offerriva servirlo ad ogni modo et che lo havea boni megia per intrare in casa del papa, cioè Serapicha et Julio di Bianchi <sup>3</sup>, et credea ge avesse a succedere, et dubitava, se lo andava a Genazano, el seria pilgiato suspecto et poi non seria acceptato, ma che tuta volta el faria quello chel volesse, et questa littera non se scia per che via sia venuta in mano al papa. Do poi, essendosi detenuto Marcho Antonio solo per cosse de stato, cioè di quello de Siena, sopra dicta littera fù examinato cum la tortura et epso pensando chel patrone fusse on preso on morto, non potendo negare che la littera non fusse sua, la dezifarò et confesò. Do poi essendosi su la practica de fare venire el dicto quondam cardinale de Siena, la Santità di Nostro Signore comise che quello Vercelli, quale se ritrovava a Fiorenza, fusse osservato et li deuto homini lo accompagnassero et di et nocte soto spetie de amittitia; poi, essendo venuto qui epso quondam cardinale de Siena pensando non have a rendere computo de altro che de cosse del stato de Siena, et essendo stato detenuto insieme cum Sauli, se ha facto pilgiare quello mastro Baptista et condure qui et lo uno et laltro ha confessato de modo che la cossa se è chiarita et declarata bene apertamente; et li cardinali stendo prima su la negativa et volendo lo uno vedere quello havea scripto lo altro, poi lo hebbero veduto hano poi dicto tuto quello et piu che hano potuto lo uno a graveza de laltro et cussi ogni cosa è venuta in luce et verificase el dicto de lo Evangelio: Nihil occultum quod non reveletur. Il Pochintesta è stato morto solo per have tenuto practica col signor Francesco Maria et credesse ne habii facto grande instantia al vescovo Petrucio castellano di Santo Angelo, quale se ritrova a Siena; quello Marcho Antonio et mastro Baptista presto, secondo se tene, morirano de morte atroce. De li già cardinali autem per anchora non se scia quello altro ne habii a succedere. De continuo me racomando in gratia de Vostra Excellentia. Rome XXIII junii MDXVII.

Orig. Archivo público de Módena.

(1) Nino; v. vol. VII, p. 171.

(2) Cf. Jovius, Vita Leonis X, l. IV.

(3) Jovius, loc. cit.

34. Consistorio del 26 de Junio de 1517 <sup>1</sup>

Romae die veneris 26 m. junii 1517. Cum S. D. N. proposuisset de creandis 27 cardinalibus, quorum nomina legit prout in cedula Suae S<sup>tas</sup> in qua inter ceteros facta fuit mentio de creandis duobus cardinalibus vid. uno de domo de Columna et altero de domo de Ursinis non specificatis nominibus, et vota a rev. d. cardinalibus exquisivisset, praefatique rev<sup>mi</sup> domini unanimiter et de communi consensu vota dederunt et consenserunt hac tamen conditione ut Sua S<sup>tas</sup> XV vel XVI cardinales impresentiarum publicaret ceteri vero per bullam crearentur cum potestate quod S. D. N. illos post aliquot menses absque aliqua votorum requisitione vel si periculum mortis, quod Deus averteret, immineret, S. S<sup>tas</sup> publicare posset ad ejus libitum, cumque praefata S<sup>tas</sup> cepisset nominare, quos in praesentia publicare intendebat, visum fuit Suae B<sup>ni</sup> omnibusque rev<sup>mis</sup> dominis publicationem hujusmodi differre usque ad primum consistorium, et sic fuit conclusum et Sua S<sup>tas</sup> silentium imposuit omnibus sub censuris.

\* Acta consist. vicecanc. en el *Archivo consistorial del Vaticano*.

35. Paris de Grassis sobre las negociaciones respecto del nombramiento de nuevos cardenales del 26 Junio de 1517 <sup>2</sup>

De cardinalibus novis creandis. Die veneris XXVI junii papa dedit habitum prothonotariatus aliquibus suis domesticis animo faciendi eos cardinales simul cum aliis multis vid. XXVII<sup>3</sup> numero quae res cum videretur nova et insolita irrita est a multis praesertim cardinalibus, qui licet primo restiterint tamen, ut audio, conclusum est hac ipsa die, ut papa posset eosdem in dicto numero creare et nominare, et cum multo tempore mansisset intra cameram suam ratiocinans cum uno quoque antiquo cardinali super voto cuiusque habendo tandem colloquutione finita papa dixit mihi, quod ex quo hora tarda erat quasi XXIII diei et ipse esset ieiunus ac cardinales forte ieiuni aut saltem fessi et fastiditi quod non videbatur sibi sermonem in longum protrahendum esse in consistorio, sed quod concluderet in primum futurum consistorium creari novos cardinales et si non omnes XXVII<sup>3</sup> prout proposuerat saltem pronunc XII aut XV et reliquos ante festum nativitatis Christi quia videbatur cardinales ad hoc inclinari. Itaque vix consistorium ingressus per mediam horam ibi mansit et res non conclusa sed exclusa fuit cum risu et expectatione vana multorum ac fere totius curiae quae omnino et pro certo erat ut hac die cardinales crearentur XXVII<sup>3</sup> sed non fuerunt.

Paris de Grassis \*Diarium, en la *Biblioteca Rossiana de Viena* y en el *Archivo secreto pontificio* (XII, 23).

(1) Cf. vol. VII, p. 193.

(2) Cf. vol VII, p. 193.

(3) En el manuscrito XII, 22 del *Archivo secreto pontificio*, hat. XXVIII.

36—37. Paris de Grassis sobre el gran nombramiento de cardenales de 1 de Julio de 1517 <sup>1</sup>

Creatio cardinalium novorum numero XXXI. Die mercurii prima julii papa mihi ad suam capellam pro missa audienda vocato dixit se velle eo consistorio cardinales iam conclusos creare et publicare, ex quibus aliqui sui domestici erant qui adhuc in habitu praelaturae non erant et propterea volebat eis dare habitum prothonotariatus prout fecit post missam auditam, nam ipse stans impossui rochetum datario, deinde comiti Herculi de Rangonibus, tum dom. Francisco Armellino clerico camerae, hinc nepoti suo de Ridolfis et demum dom. Augustino Trivultio quos omnes postea creavit cardinales simul cum multis aliis et dixit mihi quod expectarent citra consistorium quia sperabat multos alios simul creaturus quos ego ex domibus eorum facerem vocari ad se in consistorium, et cum replicarem posse eosdem moneri ut prius venirent ne postea papa et cardinales nimis diu expectarent non voluit quia nesciebat pro certo an illos quos designaverat posset concludere, prout fuit. Itaque cum diu in consistorio sedissent tandem card<sup>lis</sup> de Medicis exivit ad me de mandato papae et dedit mihi listam cum nominibus cardinalium noviter creatorum ut illos publicarem et ad consistorium vocari facerem prout feci; nam ego ad cameram vicinam feci convocari XXX parafrenarios papae et iussi ut ibi sustinerent donec eis dicerem quid eos facere oporteret, et sic publicavi [lo que sigue hasta «absens» se halla en Raynald 1517 n. 101]. Itaque mandavi parafrenariis papae ut ex his multos qui nec sperabant nec cogitabant adirent et vocarent ad papam ipsos in consistorio expectantem, nam papa mihi dixerat ut interim quo isti possent venire ipse negocia aliqua expediret prout multa expedivit per horas duas et eo plus ibidem sedens, inter quas expeditiones card<sup>li</sup> de Grassis fratri meo dedit monasterium de Strata Bononiensi valoris ducat. 800 vacans per privationem cardinalis Petrutii ac etiam ecclesiam et titulum s. Mariae Transtyberim cum domibus adiacentibus vacantibus per privationem cardinalis de Saulis ac etiam prioratum s. Bartholomaei de porta Bononiensi vacantem per obitum Iohannis de Gozadinis <sup>2</sup> pridie in gubernio Regiensi crudeliter interfecti. Cum autem nuntiatum fuisset generali s. Augustini ut ad papam veniret quia iam ipse esset creatus cardinalis recusavit venire timens ne fuisset illusus sicut in proximo consistorio fuerat, nam multi ad eum iverunt cum festivitate et gaudio nuntiantes quod esset cardinalis et iam ipse hilaritatem fecit etiam publicam cum risu populi de levitate tanta quia non fuit verum. Tandem cum ego alium atque alium nuntium missem ut omnino veniret quia papa eum expectabat tandem venit cum iam novi alii omnes ingressi fuissent ad consistorium et papam et cardinales os-

(1) Cf. vol. VII, p.

(2) Ms.: Bozadinis.

culati fuissent. De generali autem minorum maior risus fuit, quia, cum ut dicitur ipse non quaesivisset hanc dignitatem sed omnino alienus esset quia per paucos dies antea fuerat creatus et electus generalis minorum, non volebat venire dicens nuntiis per me missis quod errarent et non intellexissent mandatum eis datum et similia, tandem cum alios atque alios destinasset ut omnino veniret venit quidem pedester cum zoculis cum vestitu satis vili et in omnibus se novum ostendit et cum ante me esset et peteret quid vellem manebat genuflexus ambobus genibus semper sic mecum loquens ita stupidus erat et in fine duxi eum ad papam qui iam consistorium exierat et eum papa osculatus est et cardinalem appellavit sicque ipse ad alios venit in camera cardinalis de Medicis expectantes horam cenae. Antequam autem cenarent papa dedit omnibus birreta rubea praeterquam tribus generalibus quibus dedit nigra et fecerunt omnes cenam cum papa in logia et habui birreta antiqua omnium sic mihi significante pontifice ut facerem. Prodigium magnum ea die supervenit: nam cum dies satis clara et serena esset, subito in turbidam tempestatem versa est et venti grandines et imbres densi fuerunt et fulgur maximum quod percussit turrim s. Mariae Trespontinae et abstulit Christum lapideum de gremio matris cuius imago erat supra portam ecclesiae ita ut ipsa matris imago remansit cum brachiis apertis quasi flens quod filium perdidit.

Die ven. III julii fuit publicum consistorium in aula solita ubi cardinales praedicti XXXI declarati et publicati fuerunt. El Papa habló satis docte et bene more suo.

Paris de Grassis, \*Diarium, en la *Biblioteca Rossiana de Viena* y en el *Archivo secreto pontificio*.

### 38. Consistorio del 1 de Julio de 1517<sup>1</sup>

...Cum S. D. N. praeter cardinales in proximo consistorio designatos, pro quibus collegit vota, proposuisset rev. d. archiepisc. Consanum, episc. Comensem, generalem ordinis min. S. Francisci de observ. et prothonot. Pisanum addendos esse aliis cardinalibus iam designatis habuissetque vota rev. dominorum libera, Sua Stas de consensu et consilio praefatorum domin. et auct. Dei omnipot., beat. apost. Petri et Pauli et sua creavit et assumpsit in S. R. E. presbiteros cardinales vid....

\* Acta consist. vicencanc. en el *Archivo consistorial del Vaticano*.

### 39. El Papa León X al cardenal Egidio Canisio<sup>2</sup>

Roma, 1 Julio 1517.

Dilecte etc. Hodie inducti probitate, prudentia, doctrina, rerum agendarum experientia, moribus probatis, religione et aliis praestanti-

(1) Cf. vol. VII, p.

(2) Cf. vol. VII, p.

bus virtutibus et meritis tuis te magnam gloriam ord. s. Augustini in numerum et portionem aliorum ven. fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium vocavimus. Espera que él será útil á la Santa Sede. Debe retener el generalato hasta el próximo capítulo.

Dat. Romae 1517 Julii 1, P. N. A. 5º.

Cop. Cod. Asburnh. 287 de la *Biblioteca Laurenc. de Florencia*.

### 40. Consistorio del 10 Julio de 1517<sup>1</sup>

Romae die veneris 10 m. julii 1517. S. D. N. dixit quod rev. dom. cardinales seniores subscribere vellent bullam creationis dom. novorum cardinalium in qua derogabatur capitulis conclavis si forsan in aliquo promotioni ultimo factae obstarent. Deinde S. Stas instituit ecclesiam sive monasterium S. Mariae in Aracoeli in titulum presbyteralem...

\* Acta consist. vicecanc. en el *Archivo consistorial del Vaticano*.

### 41. Consistorio de 24 de Julio de 1517<sup>2</sup>

Romae die veneris 24 m. julii 1517. S. D. N. restituit dom. Raphaellem Riarium ad dignitatem cardinalatus nec non ad officia et beneficia quae ante privationem habebat sine tamen praescriptio tituli mei S. Laurentii in Damaso et sine voce activa et passiva prout in capitulis desuper confectis plenius continetur pro quorum observatione collegium rev. dominorum promisit. Deinde Sua Stas proposuit restitutionem dom. Bindinelli de Sualis eodem modo, et habuit vota rev<sup>morum</sup> dominorum, tamen Sua Stas eum tunc non restituit...

\* Acta consist. vicecanc. en el *Archivo consistorial del Vaticano*.

### 42 — 43. El indulto de Rafael Riario<sup>3</sup>

[In nomine] Domini. Amen. Infrascripta sunt capitula et promissiones S. D. N. facta per dom. Raphaellem de Riario, olim card<sup>lem</sup> st<sup>i</sup> Georgii, et cautiones per eum datae, videlicet:

In primis die septima julii 1517 certiorati per nos notarios etc. infrascripti fideiussores quod dominus Raphael de Riario, olim card<sup>lis</sup> st<sup>i</sup> Georgii, in presentiarum in carceribus in castro St<sup>i</sup> Angeli de Urbe detentus, pro eius liberatione et relaxatione a dicto castro inter alia tenetur dare idoneas et sufficientes cautiones pro summa 150000 ducatorum auri de camera de non recedendo ab obedientia S. D. N. ullo unquam tempore et de non recedendo ex locis sibi assignandis per eundem S. D. N. in dominio temporali S. R. E. absque eius licentia in scriptis obtinenda et quod erit perpetuo bonus et fidelis servitor prefati S. D. N. et quod nunquam aliquid aget aut machinabitur seu machinari attentabit contra

(1) Cf. vol. VII, p.

(2) Cf. vol. VII, p.

(3) Cf. vol. VII, p.

personam, dignitatem aut statum S<sup>tis</sup> sue et S. R. E. aut contra eiusdem S. D. N. consanguineos et affines et ill. Medicum familiam, prout latius et diffusius in capitulis inter ipsum d. R. ex una et S. D. N. initis seu eniendis [sic] continetur ad que relatio in omnibus et per omnia habeatur: hinc fuit et est, quod infrascripti fideiussores et eorum singuli precibus prefati d. R. scientes se non teneri etc. [sic] sponte etc. [sic] promiserunt et quilibet eorum promisit, quod prefatus d. R. promissa omnia et singula servabit et adimplebit sub infrascriptis penis et pecuniarum summis per eos respective promissis, quas infrascripti fideiussores et eorum quilibet in casu contraventionis eo ipso incurrere voluerunt obligando se quilibet in pleniori forma camarae cum constitutione procuratorum et aliis clausulis in similibus apponi solitis et consuetis latius extendendis ad sensum sapientis non mutata substantia veritatis.

In primis spectabiles viri Bernardinus Jannelli, Nichodemus Simi, Marchus Bronsini et Joh Bapt. Petri de Caprarola procuratores et scindici [sic] communitatis et hominum dicte terre Caprarole, prout de mandato manu s[er] Tiberii Johannis de Caprarola, notarii publici sub die sexta julii 1517 subscripto ac recognito et penes nos notarios dimisso plene constitit, nomine dicte communitatis pro summa 4000 ducatorum similium promiserunt, videlicet.

Spectabiles viri Hieronimus Bernardini Zucche et Johannes Rose de Capranica, procuratores et scindici [sic] ac eo nomine communitatis et hominum dicte terre Capranice, prout de eorum mandato manu Domini Angeli Antonii de Capranica sub die sexta julii 1517 subscripto et recognito plene constitit, pro summa 4000 ducatorum similium nomine dicte communitatis Capranice promiserunt etc. presentibus dicto Rosello et Jac<sup>o</sup> Ant<sup>o</sup> de Rogeriis de Sutrio testibus etc.

Spectabiles viri d. Philippus de Lutiis, d. Jac. Ant. de Rogeriis et Franciscus Evangeliste [sic] cives Sutrini procuratores et scindici [sic] communitatis et hominum dicte civitatis Sutrii, prout de eorum procuratorum mandato manu Scipionis condam Jacobi de Sutrio publici notarii sub die sexta julii 1517 subscripto et recognito plene constitit, nomine dicte communitatis Sutrii promiserunt pro summa 10000 ducatorum similium presentibus dicto Rosello et Hieronimo Zuccha supra dictis testibus etc.

D. Jacobus Ant. de Rogeriis de Sutrio ut principalis et privata persona promisit pro summa 4000 ducatorum similium.

D. Philippus de Lutiis de Sutrio ut principalis et privata persona promisit pro summa 4000 ducatorum similium.

D. Franc. de Agillaria civis Sutrinensis ut principalis et privata persona promisit pro summa 4000 ducatorum similium presentibus d. Rosello de Rosellis de civitate Castelli et Prospero de Sinibaldis ac Vincentio de Speronibus laico Immolensi testibus ad premissa etc.

D. Julius Matheus civis Romanus promisit pro summa 4000 ducat.

D. Domitius Cechinus civis Romanus promisit pro summa 1000 ducat.

D. Paulus Gallus civis Romanus promisit pro summa 1000 ducat.

D. Franc. de Spannochis	civis Romanus promisit pro summa	2000 duc.
D. Ricchardus Mazatoste	» » » »	1000 »
D. Stephanus de Capiteferreo	» » promisit » »	2000 »
D. Dominicus de Picchis	» » » »	2000 »
D. Albertinus de Tibaldeschis	» » » »	1000 »
D. Franc. de la Vetera	» » » »	1000 »
D. Jo. Arcionus	» » » »	2000 »
D. Dominicus de Cavalariis	» » » »	2000 »
D. Franc. Brancha	» » » »	2000 »
D. Franc. Blondus	» » » »	4000 »
D. Palutius Matheus	» » » »	2000 »
D. Stephanus de Theulis	» » » »	1000 »
D. Laurentius Steph. de Valle	» » » »	2000 »
D. Antonius Draco	» » » »	2000 »
D. Antonius de Fregiapanibus	» » » »	3000 »
D. Franc. de Fabiis	» » » »	1000 »
D. Antonius de la Volta	civis Bononiensis, pro summa	2000 »
D. Galeatius Poeta	» » » »	3000 »
D. Matheus Gozadinus	» » » »	3000 »
D. Gaspar Lupari	» » » »	3000 »
D. Hieronimus de Crescentiis de Bononia	» » » »	2000 »
D. Carolus Gratus civis Bononiensis	» » » »	2000 »
D. Marchus Antonius Lupari de Bononia	» » » »	2000 »
D. Camillus de Leazariis scriptor apostolicus	» » » »	2000 »
D. Gregorius de Monte Calvello	» » » »	500 »
D. Alexander Gentilis medicine doctor	» » » »	500 »
D. Galienus Almadianus	» » » »	500 »
D. Petrus Perinus	» » » »	500 »
D. Aristophilus medicus	» » » »	500 »
D. Jo. Bap <sup>ta</sup> de Spiritibus	» » » »	500 »
D. Neapolionus s[er] Angeli [sic]	» » » »	500 »
D. Antonius Boninsegna	» » » »	500 »
D. Perotius Mostus	» » » »	500 »
D. Palinus [sic] Tignosinus	» » » »	500 »
Joh <sup>es</sup> Cordella	» » » »	500 »
Dominicus Bosseus	» » » »	500 »
Dominicus Bonellus	» » » »	500 »
Nicolaus Nicolosinus	» » » »	500 »
Sebastianus Spreca	» » » »	500 »
Jo. Angelus de la Zeccha	» » » »	500 »
Franc. de Abisciolatis	» » » »	500 »
Marianus Bussa	» » » »	500 »
Petrus Cordella	» » » »	500 »

Omnes de Viterbio per D<sup>num</sup> Rainerum Capocciam procuratorem eorum, prout de suo procuracionis mandato manu Elisei Petrocchi